

centum libras de argento vadat pro animam meam in redēptione captivorum et aliut vero centenarius vadat pro sacerdotes et pauperes Dei, tercius vero centenarius distribuere debeatis per monasterias et restauracione ecclēsiarum Dei et cuique voluerit Romana soror mea. Et in monasterio beati Hillari confessoris Christi volo et iudico, ut dare debeatis de isto ipso tercio centenario uno sacco de pipere et alium de alivano et alium in parentes nostros. De cunctum autem habere, magnis et parvis, et de omnia et in omnibus, quos ego unquam adquisivit, hec totum vadat pro animam meam, secundum quod dispositum habeo, necnon et ipsum monasterio, que predicta soror mea ibi hordinavit, ego, ut ipsa ibi Deo servire debeat cum suis, qui se Deo voverit, sub nulla potestas terrena constitutum vel hordinatum, fiat nisi cum comune consilio congregationis et secundum quod per meum testamentum hordinare iussit et in potestate mea hordinavi pro animam meam tam et in proximis meis sive et in extraneis. Placuit mihi omnia et in omnibus in vera mente necnon et sincero consilio hordinare adque constituere ipsum meum monasterio pro mea anima sive parentibus nostris seu de extraneis vel de quacumque ratione, que superius vel inferius manet; omnia et in omnibus supradicta sorori meae in illius maneat potestate, quecumque facere voluerit tam in vita mea quamque post obitum meum, et si quacumque potestas terrena vel sumi pontifices seu qualibet instructa persona hominum sive propinquai vel extranei contra hunc iudicium meum vel testamentum ire temptaverit aut corrumpere vel minuare aut subtrahere voluerit, pro quovis ingenio incurrat in Dei omnipotentis maledicicio et partem accipiat cum illo Iuda traditore impio, qui tradidit dominum nostrum Ihesum Christum, et de centesimo octavo psalmo sentencia paciatur, et sine corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi ante ipsum in die iudicii appareat, et insuper anathematis vinculis ibi permaneat. Volo et iubeo ut huius testamentus vel iudicium meus stabilis adque immobilis permaneat perpetuis temporibus.

Signum manus domino excellentissimo Petro, impe-